Transeat ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum. Quod sub anno incarnacionis domini M°
ccc°. lxxxx° Iudicium fuit bannitum et contestatum feria quinta proxima post festum sancte
dorothee virginis et martiris gloriose. per Nicolaum Sartorem advocatum Kazimirie. Et per
septem scabinos. videlicet Georgium Rusoldum. Johannem Czoboth. Nicol. prysmaul. Nicol.
carnificem. petrum Stachna. Stephanum Sutorem. seu Bartkonem lanificem. Coram
quo iudicio. discreti viri personaliter constituti. Nicolaus Sartor recognovit se teneri
ex vera debiti obligacione provido viro Nicolao carnifici avunculo domini Tylkonis Sibique
suisque legittimis successoribus octo marcas usualis monete currentis in terra polonie. pro quibus
eisdem octo marcis prefatus Nicolaus Sartor domum suam cum omnibus hereditatibus
suis seu rebus mobilibus iudicialiter obligavit vendendum. Tali saltem caucione. quod idem
Nicolaus carnifex pre omnibus cuiuscumque condicionis primus sit actor et executor in rebus
suis mobilibus et inmobilibus. Contradiccione quorumlibet non obstante. In cuius rei testimonium
sigillum presentibus est appensum. Actum et datum Anno et die quo supra Sub sigillo Scabinorum
sub appenso.